

TIETLACVS EPISCOPVS VVORMATIENSIS.



Tietlacus omnis generis uirtutibus & mirabiliter eruditione præditus fuit. Itaq; cum Adelhel-
mus presul Vuormatiensis mortuus esset, ipse om-
nium consensu in septimum eius Ecclesiæ Episco-
pū electus fuit. Eam uocationem ipse magna mo-
destia suscepit, atq; singulari dexteritate peregit.
Vnde Arnolpho Cesarri gratissimus existēs, in re-
bus grauiissimis ab eo in consilium adhibitus fuit.
Cum etiam clerus à pristina antiquorū pietate de-
flectere cœpisset, ipse pro sua facundia eos officiū
admonuit, atq; quæ alios docebat ipse primus pre-
stítit. Ita ut de eo illa sententia dicta fuerit: Regula
non sanis fuit optima Vuormatianis. Cum hac ra-
tione per 41. annos magna dexteritate suam Ecclesiam administrasset, tādem
ætate graui in Neiuuiler obiit, ac in Vuot anno 914. sepultus fuit. Anon. in
Episc. Vuormat,